



Universitätsbibliothek Paderborn

**Decretvm Vt omnes Regularium Superiores suos subditos,
& Religiosos persaepe commoneant de iniuncta omnibus
obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum,
& Decretorum ad Officium ...**

Urban <VIII., Papst>

[Romae], 1645

XCVII. Innouatio Constitutionum à Sixto IV. et Pio V. de Conceptione B.
Mariae Virginis editarum. Impositioq. maiorum poenarum in
transgressores, à locorum Ordinarijs, et haereticae prauitatis ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-10826

Prouinciæ, tam in Italia quàm extra,
præsentes nostras literas legi, et publi-
cari faciant, et procurent.

Sanctio pœ-
nalis.
Dat. P. An. 2^o
die 1. Sept.

§. II. Nulli ergo etc.

Dat. Romæ apud Sanctum Marcum
Anno Incarnationis Dominicæ. 1606. Ca-
lend. Septembris, Pontificatus Nostri,
Anno secundo.

*Anno à Natiuit. D. N. IESV Christi
1606. Indictione 4. Pontificatus autem
Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D.
Pauli diuina prouidentia Papæ V. An-
no secundo, die vero tertia mensis Octo-
br. supradietæ literæ Apostolica, affi-
xæ & publicatæ fuerūt ad valuas Ba-
silicarum sancti Ioannis Lateranensis,
Principis Apostolorum de Vrbe, &
Cancellariæ Apostolicæ, ac in] acie Cæ-
pi Floræ, ut moris est, per me Ioan.
Baptistam Menochium, eiusdem San-
ctiss. D. N. Papæ, & Sanctissimæ In-
quisitionis Cursorem.*

X C V I I.

Innouatio Constitutionum à Sixto IV.
et Pio V. de Conceptione B. MARIÆ
Virginis editarum. Impositioq. ma-
iorum

iorum pœnarum in transgressores, à
locorum Ordinarijs, et hæreticæ pra-
uitatis Inquisitoribus puniendos.

P A V L V S P A P A V. Edita An. D.
Ad perpetuam rei memoriam. 1616.

Regis pacifici, quamquam nullo no-
stro merito, diuina dispensatione vi-
ces gerentes in terris, ex muneris nostri
debito, pacis et concordie inter Christi-
fideles, præsertim Ecclesiasticas perso-
nas, quæ alijs in viam pacis dirigendis et
in vnitatis Spiritus cõtinendis sunt præ-
positæ, cõseruationi sedulo inuigilare cu-
pietes, ea quæ à prædecessoribus nostris
Romanis Pontif. ad scandalorum semina
tollenda salubriter constituta sunt, cum
hostis antiqui insidijs, qui ab initio diffi-
dia serere cœpit, minime obseruari, aut
varijs modis eludi dignoscuntur, vt in-
uiolata seruentur, opportunis remedijs,
quantum cum Domino possumus, pro-
uidemus.

S. I. Olim siquidem per felicis recor-
dationis Sixtum Papam Quartum præ-
decessorem nostrum, accepto quod nõ
nulli diuersorũ Ordinum Prædicatores,
in suis sermonibus ad populum publice
per diuersas Ciuitates et Terras affirma-
re non erubuerant, & quotidie prædica-
re

Sixt. IV. con-
stitutionem
edidit cõtra
affirmantes,
hæreticum
esse aut pec-
catum mor-
tale credere,
vel tenere.
B. MARIAM
Virginem in

conceptione
a peccati ori-
ginalis macu-
la præseruatã
fuisse, vel nõ
fuisse, cum
nõdum id ef-
set à Sede
Apost. & Ro-
mana Eccle-
sia decisum.

Hanc conf.
Sixt. IV. vide
in cap. 2. de
Reliq. & Ve-
ner. Sanctorũ
inter Extra-
uag. concio-
nesj.

re nõ cessabant, omnes illos qui tenebãt
aut asserabant Gloriosam, & Immacu-
latam DEI Genitricem absque origina-
lis peccati macula fuisse conceptam,
mortaliter peccare, vel esse hæreticos,
eiusdemque Immaculatæ Conceptionis
officium celebrantes, audientesque ser-
mones illorum qui eam sine huiusmodi
macula conceptam esse affirmabãt, gra-
uiter peccare, sed & prædictis prædica-
tionibus non contenti, confectos super
eisde suis assertionibus libros in publi-
cum ediderãt, ex quorum assertionibus,
& prædicationibus non leuia scandala in
mentibus fidelium exorta erant, & ma-
iora merito exoriri formidabantur in-
dies, idem Sixtus prædecessor huiusmo-
di temerarijs ausibus, & peruersis asser-
tionibus & scandalosis, quæ exinde in
DEI Ecclesia exoriri poterant, obuiare
volens, huiusmodi assertiones prædica-
torum eorundem, & aliorum quorumli-
bet, qui affirmare præsumerant, eos qui
crederent aut teneret eandem DEI Ge-
nitricem ab originalis peccati macula
in sua conceptione præseruatam fuisse,
propterea alicuius hæresis labe pollutos
fore, vel mortaliter peccare, aut huius-
modi officium conceptionis celebra-
ntes, seu huiusmodi sermones audientes
alicuius peccati reatum incurrere, vt-
pote

pote falsas & erroneas, & à veritate penitus alienas, editosque desuper libros prædictos id continentes, quo ad hoc reprobavit & damnavit, ac statuit & ordinavit, quod prædicatores verbi Dei, & quicumque alij cuiuscunque status, gradus, aut ordinis & conditionis essent, qui ausu temerario præsumerent in eorum sermonibus ad populum, seu alias quomodolibet affirmare, huiusmodi sic per eum improbatas & damnatas assertions, veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere vel habere, excommunicationis sententiam eo ipso incurrerent. à qua ab alio quam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, nequirent absolutio- nis beneficium obtinere. Similique pœnæ & censuris subiecit eos, qui ausi essent asserere contrariam opinionem, tenentes videlicet, Gloriosam Virginem, **MARIAM** cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, vel peccatum incurrere mortale, cum nondum id esset à Romana Ecclesia & Apostolica Sede decisum.

S.2. Hanc vero Sixti prædecessoris Constituti nem Oecumenica Tridentina Synodus postea innouavit.

S.3. Ac deinde similis recordationis Pius Papa Quintus etiam prædecessor, noster, statuit, ordinavit & mandavit, qua-

Eam innouavit Conc. Trident. sess. 5. de peccat. origi. in fi.

Pius V. prohibuit de hoc articulo in-

popularibus
concionibus
disputari, vul-
gari sermone
scribi vel
dictari, vt in
eius constit.
114. Sup spe-
culam.

quatenus nemo cuiuscunque ordinis vel dignitatis existeret, in popularibus concionibus, vel vbiunque promiscua virorum, & mulierum multitudo conuenire solet, de huius controuersia alterutra parte disputare rationibus vel Doctorum auctoritate, asserendo propriam sententiam & contrariam refellendo vel impugnando, aut de hac ipsa quaestione, cuiusuis pietatis, aut necessitatis praetextu vulgari sermone scribere, vel dictare praesumeret; qui contrafaceret, suspensionis poenam a diuinis absque noua declaratione ipso facto incurreret, si modo esset in sacris constitutus, & quocunque praeterea gradu siue dignitate, vel administratione fungeretur, illis omnibus foret ipso iure priuatus, & ad eadem, vel similia munera obtinenda, vel obeunda perpetuae inhabilitatis censura, ipso etiam facto obnoxius foret, super quibus nisi a Romano Pontifice pro tempore existente dispensari, siue absolui non posset, & nihilominus alijs poenis, si opus foret, a proprio Praelato pro delicti mensura infligendis subiectus esset, prout subiecit.

Sed solūmodo in Academijs, & Cap

§.4. Caeterum, quandiu per Apostolicam Sedem altera pars definita non esset, oppositaq. sententia condemnata,

li-

liceret viris doctis in publicæ Academiae
diputationibus, siue generalium, aut Pro-
uincialium Capitulorum, vel ubi alias
interessent qui rem capere possent, nec
scandali vlla subesset occasio, de illa,
quæstione disserere, & argumentis vtrâ-
libet partem asserere vel impugnare;
dum tamen neutra veluti erronea præ-
dicaretur; seruarenturq. illa omnia, quæ
à dicto Sixto prædecessore statuta sunt,
quorum singula etiam quantum ad alias
pœnas duxit innouanda & innouauit,
prout in Sixti & Pij prædecessorum lit-
teris desuper cōfectis plenius cōtinetur.

¶.5. Verum licet hæc prouide statuta
sint; nihilominus sicut accepimus, non-
nulli in diuersis Christiani Orbis parti-
bus, interminatis quæstionibus nimis in-
tenti, dissensionum huiusmodi, iam pri-
dem Ecclesiæ disciplinæ vigore recisa,
germina coalescere procurant, indeque
contentiones & rixæ nō sine Dei offensa
& scandalo plurimorum exortæ sunt, &
grauiores in dies ne exoriantur pericu-
lum est, nisi à nobis opportune prouideatur.

¶.6. Quamobrem Motu proprio, nō
ad alicuius Nobis super hoc oblata pe-
titionis instantiam, sed ex certa scientia,
ac matura deliberatione nostris, consti-
tu-

tulis, ubi nul-
la scādali oc-
casio subesset
permisit.

Quia tamen
super prædi-
ctis sic vt su-
pra statutis
nouæ quæstio-
nes exortæ
sunt.

Six. IV. & Pij
V. cōstitutio-
nes innouat,
& inuolabi-
liter præcipit

tutionum Sixti & Pij prædecessorum, huiusmodi veriores tenores præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, easdem Constitutiones Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus & cõfirmamus, & etiam quoad earum pœnas quascunque etiam absolutiõnis referuationem innouamus, & inuiolabiliter ab omnibus, etiam regularibus cuiuscunque tam ecclesiasticis, quam secularibus personis, cuiusuis status, gradus, ordinis & conditionis aut dignitatis tam ecclesiasticæ, quam secularis, etiamsi specialis, specifica & indiuidua earum esset necessario faciendæ, mentio, obseruari præcipimus & mandamus donec à Romana Apostolica Sede huiusmodi cõtrouersia fuerit diffinita.

Transgresso-
ribus pœnas
auget.

§.7. Ac præterea si quis quouis modo contrauerit, præter supradictarum cõstitutionum pœnas respectiue ipso facto incurrendas, etiam concionandi, publice legendi seu docendi & interpretandi facultate, ac voce actiua & passiuæ in quibuscunque electionibus eo ipso absque alia declaratione, priuatus existat, necnon ad concionandi & publice legendi, docendi & interpretandi perpetuæ inhabilitatis pœnas similiter ipso facto incurrat, absque alia declaratione, à quibus nõn nisi à nobis ipsis vel suc-
cesso-

cessoribus nostris à Roman. Pōtificibus
pariter absolui, seu super ijs dispensari
possit, & nihilominus alijs pœnis nostro
& eorundem Romanorum Pontificum
successorum nostrorum arbitrio infli-
gendis, subijciatur, prout eum subijci-
mus per præsentes.

§. 8. Et contra huiusmodi transgres-
siones, etiam regulares cuiusvis Ordinis
& instituti, etiam quomodolibet exem-
ptos, & alias quascunque ecclesiasticas
& seculares personas cuiuscūque status,
gradus, ordinis aut dignitatis, tam ec-
clesiasticæ quam secularis, vt præfertur,
tam Episcopi & Prælati, Superiores, alij-
que Ordinarij locorum quam hæreticæ
prauitatis vbique locorum deputati In-
quisitores procedant & inquirent, atque
in eos seuerè animaduertant. Nos enim
ijs & eorum cuilibet, contra eosdem,
transgressores procedendi & inquiren-
di, ac pœnis coercendi & puniendi libe-
ram facultatem & auctoritatem ijsdem,
auctoritate, & tenore tribuimus, & im-
pårtimur, eosque, vt præfertur procede-
re, inquirere & punire præcipimus &
mandamus.

§. 9. Non obstantibus omnibus ijs, Cōtrarijs de-
rogat.
& singulis, quæ tam Sixtus quam Pius
prædecesores prædicti in litteris suis
huiusmodi, voluerunt non obstare. Qui-
bus

Et cōtra eos,
Episcopis, &
ceter ac here-
tica prauita-
tis Inquisito-
ribus faculta-
tē proceden-
di tribuit.

bus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro plene & sufficiēter expressis, & ad verbum insertis habentes, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Publicacionē
Romæ factā,
vbique liga-
se decernit.

Transumptis
credi iubet.

D. P. An. 12.
die 6. Iulij.

§. 10. Et ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod præsentibus litteræ, seu illarum exempla, ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arctent et afficiant, perinde ac si vnicuique personaliter intimata fuissent.

§. 11. Quodq. præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, et sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constituta munitis, eadem prorpsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostense.

Datum Romæ apud Sāctam Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die 6. Iulij, millesimo sexcentesimo decimosexto, Pontificatus nostri anno duodecimo.

Anno à Natiuitate D. N. IESV Christi
millesimo sexcentesimo decimosexto,
Indictione decimaquinta, die verò nona

na mensis Iulij, Pontific. Sanctiss. in
Christo Patris, & D.N.D. Pauli diui-
na prouidentia Papa V. anno duodeci-
mo, retrospectæ litteræ Apostolicæ, af-
fixæ & publicatæ fuerūt ad valuas Ba-
silicæ Principis Apostolorum de Vrbe,
& in acie Campi Floræ, per me Augu-
stinum Bracherium Cursorem.

Siluerius Pontirolo Mag. Curs.

X X I X.

Ampliatio, et declaratio prohibitionis
alserendi B. MARIAM Virginem,
cōceptam fuisse in peccato originali.

In generali Congregatione Sanctæ Ro-
manæ, & Vniuersalis Inquisitionis,
habita in Palatio Apostolico in Mon-
te Quirinali coram S.D.N.D. Grego-
rio diuina prouidentia Papa XV. ac
Illustriss. & Reuerendiss. DD. S.R.E.
Cardd. aduersus hæreticā prauitatem
Inquisitoribus generalibus à sancta
Sede Apostolica specialiter deputatis,
feria 3. die 24. Maij, Anno à Natiuita-
te D.N. IESV Christi 1622.

Edita An. D.
1622.

Edita An. D.
1622.

Edita An. D.
1622.

Sanctissimus D.N. auditis votis Illu-
strissimorum, et Reuerendissimorū
G DD.